Reliure des Lazaristes
Hsi-shih ku
Pei-ping
北平西什庫遣使會訂書處

Harvard University

Library of

The Medical School

and

The School of Public Health

The Gift of

CHESTER NORTH FRAZIER

Edward Wigglesworth Professor of Dermatology

HARVARD SCHOOL OF MEDICINE

HARVARD
MEDICAL LIBRARY

IN THE
Francis A. Countway
Library of Medicine
BOSTON

Charles G. Frazier
Peiping, China
Sept. 16, 1938

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

http://www.archive.org/details/galenimedicorvme00gale

GALENI ME
DICORVM PRINCIPIS EX

hortatio ad bonas arteis,præſertim me
dicinam,de optimo docendi gene
re,& qualẽ oporteat eſſe me/
dicũ. D. ERAS. RO
TER. interprete.



BASILEAE AN. M. D. XXVI.

Soc. Reg. Lond
ex dono HENR. HOWARD
Norfolcienſis.

ORNATISS. IOANNI AN/
tonino Caſſouienſi, medico, Era/
ſmus Roterodamus S. D.

ORNATISSIMI uiri Io
annis Henckelli literis ut mi/
hi tui reditus adempta ſpes
eſt Antonine chariſſime, ita
non mediocriter mitigatum
eſt abſentis amici deſideriũ, poſteaquàm
intelligo te ſummis magnatum fauoribus
ac præmijs ampliſſimis apud tuos alliga/
ri, præterea ductam uxorem puellam, non
minus ſanctiſſimis moribus quàm forma
præſtantem, quæ te non ſinit auolare, te/
netq́ grata compede uinctum. Reliquum
eſt ut hoc quo licet modo mutuas inter
nos fabulas miſceamus. Prodijt totus Ga
lenus ſua lingua nobis loquens, cuius pri/
mitias ad te mitto, inflammãdis ad rei me
dicæ ſtudium iuuenum animis uerſas: &
quidẽ maiore negocio quàm credas. Cau
ſam non eloquar, uerum ipſe ſi non gra/
uaberis noſtra cũ Græcis conferre, ſtatim
intelliges minorem fuiſſe laboris portio/
nem uertere. Margaritũ tuum haudquaq́

patietur mihi excidere amabilē iſtū niuei pectoris tui candorē. Neq; me fallit quid αἰνίττεται concionatoris Sebaſtianus, uidelicet Eraſmum maledicorū iaculis expoſitum. Reddita ſunt & à clariſſimo Chriſtophoro palatino Cracouienſi ἀπερείσια δῶρα, qualia ne regi quidem indecorū fuerit uel dare uel accipere. Reſcribā ſingulis niſi quod hic libellus in publicum emiſſus aliqua fortaſſis occaſione celerius iſthuc perueniet quàm epiſtolæ. Bene uale mi Antonine, cum ſuauiſſima coniuge: cui precor ut tecum contingat feliciter conſeneſcere. Baſileæ. iiij. Calend. Maias. Anno M. D. XXVI.

GALENI PARAPHRA-ſtæ Menodoti exhortatio ad ar-tium liberalium ſtudia.

AN animantia quæ dicũ-
tur bruta, prorſus exper
tia ſint rationis, nondũ
ſatis liquet. Fortaſſis em̃
tametſi nõ habent eam
rationem, quæ iuxta uo
cẽ intelligitur nobiſcũ
communem, quam uocant enũciatiuam,
certe eam quæ ſecundum animam accipi-
tur, quam rationem appellant affectuũ ca-
pacem, habent nobiſcum cõmunẽ omnia,
licet alia magis alia minus. Perſpicuum ſa-
nè eſt hominẽ hac parte longe cæteris ani-
mantibus antecellere, uel ex illo, quod cer-
nimus quanta ſit artium multitudo, quas
hoc animal tẽtat diſcere, uel ex hoc, quod
ſolus homo ſcientiæ capax, quãcunq; uelit
artem percipit. Siquidem animãtia reliqua
ferè omnia, ſunt artium expertia, ſi pauca
quædam hinc excipias. Quin his etiã ipſis
natura magis quàm inſtitutione contige-
runt artes. Cæterum nec apud illa quicquã

eſt artium,quod homo nõ meditetur, ſed in arte texendi,imitatus eſt araneas,in arte fingendi,quam plaſticen uocant,apes:nec imperitus eſt natandi,quum ſit animal terreſtre. Iam nec à diuinis artibus deſtituit, imitans & Aeſculapij quæ eadẽ eſt Apollinis medicam artem, ac cæteras itẽ omnes quas habet Apollo, iaculandi, canendi,diuinandi: ad hæc quam unaquæq; muſarũ habet peculiarẽ,nec geometricæ,nec aſtronomiæ expers. Verum & ea quæ ſubter humum ſunt,& ea quæ ſupra cœlos ſunt,quẽadmodum ait Pindarus,cõtemplatur. Deniq; bonorum omnium maximũ ſua ſibi parauit induſtria, philoſophiã. Has igitur ob cauſas,quanq; cæteris animantibus nõ deeſt ratio,tamen ſolus homo uocatur rationalis,quod omnibus antecellat. An nõ igitur turpiſſimum eſt,id quod unum nobis ineſt commune cum dijs, negligentes, aliarum rerum ſtudio teneri,ac ſpretis artibus,fortunæ noſipſos cõmittere? cuius improbitatem nobis ob oculos ponere uolẽtes priſci,tum picturis,tum ſtatuis eam repræſentantes,nõ ſat habuerũt illi dare mulieris ſpeciem, quanquam hoc ipſum ſatis

magnũ

magnum erat amentiæ ſignum, uerum &
clauum illi dederunt in manibus, ac pedi/
bus ſubiecerunt baſim figura ſphæræ, tum
& oculis eam priuarunt, nimirum his om/
nibus declarantes illius inconſtantiã. Quē
admodum igitur in naui uehemēter iacta/
ta tēpeſtate, adeo ut in periculo ſit, ne pro/
cellis ac fluctibus obruta demergat̄ in pro
fundum, perperam fecerit, qui cæco guber
natori clauum commiſerit, itidem opinor
in uita, quum hic in permultis ædibus gra/
uiora fiant naufragia, quàm ſcaphis acci/
dunt in mari, nõ recte iudicarit, qui ſemet
ipſum, in tantis negocijs undiq; circunſtan
tibus ac uallantibus cæcæ commiſerit deæ,
nec huic ſatis ſtabili. In tantum enim ſtu/
pet ac demens eſt, ut plerunq; bonis uiris
præteritis, quorum oportebat haberi ratio
nem, locupletet indignos, ac ne id quidem
conſtanter, ſed tãtiſper, donec rurſus pari
qua dedit temeritate eripiat donata. Hanc
deam ſequitur turba non mediocris homi
num ineruditorum, nunquam eodē in ſta
tu manentem, propter baſis cui inſiſtit uo/
lubilitatem, quæ illã huc illuc agit rapitq;
per præcipitia, nonnunquam & in mare.

 Ibi

Ibi pariter intereunt omnes illam ſequen-
tes, cæterum illa ſola euadit indemnis & il-
læſa, ridens interim plorantes, & ipſius opē
fruſtra implorantes, quum hinc iam nulla
ſit illis utilitas. Atque huiuſmodi ſanè ſunt
fortunæ facta. Porro Mercurium tanq̃ ra
tionis dominum, omnisq́ artis autorem,
cōſidera rurſum, quàm diuerſa quamq́ pu
gnante cum fortunæ ſimulacro forma re-
præſentarūt illi priſci, tum picturis tum ſta
tuis. Adoleſcens eſt formoſus, nequaq̃ ha-
bens pulcritudinē aſciticiam, aut artificio
comptorū additam, ſed talem ut protinus
in ea reluceat animi uirtus. Eſt autem hila-
ri uultu, oculis acribus. Baſis autem cui inſi
ſtit eſt omnium figurarum firmiſſima, mi-
nimeq́ uolubilis, uidelicet undiq́ quatuor
angulis nitens teſſara. Interdum & ipſum
deum hac figura repræſentant. Videas au-
tem & huius cultores ſimiliter hilares, quē-
admodum eſt is quem ſequūtur, nec unq̃
de illo querentes, quod ſolēt ij qui ſequun-
tur fortunam. Nec deſtituunt illum, nec ſe-
iunguntur ab eo, ſed perpetuo & ſequun-
tur illum, & illius prouidentia fruuntur.
Contra qui fortunam ſequuntur, uidere li-

cet in

cet inertes,ac diſciplinarum indociles, ſem per inhiantes ſpe duci,cumq; currente dea currere, alios quidem propius, alios uero procul,nonnullos autem & ab illius manu pendẽtes.Inter hos omnes uidebis & Crœſum illũ Lydum, & Polycratem Samium, ac fortaſſe miraberis alteri quidẽ Pactolũ affluxu ſuo inuehẽtẽ aurũ,alteri uero mari nos etiã piſces ſubſeruiẽtes. Cũ his rurſum & Cyrũ uidebis, & Priamũ, & Dionyſiũ. Verũ paulo poſt hos eoſdẽ haud eodẽ in ſtatu cõſpicies, Polycratẽ in crucẽ ſuffixũ, tũ Cyro ſubactũ Crœſum, rurſus Cyrũ ab aliјs deiectum: uidebis & Priamũ conſtri/ctum,& Dionyſiũ Corinthi.Quod ſi con/templeris illos, qui procul inſequũtur eam currentem, nec tamen aſſequuntur, nimi/rum prorſus oderis eum chorũ.Sunt enim hic oratores permulti,meretrices & ſcorta, & amicorũ proditores: ſunt & homicidæ, & monumentorũ perfoſſores, ac rapaces: complures uero,qui ne dijs quidem peper cerint,ſed hos ſacrilegio compilarint. Cæ terum in altero choro omnes modeſti, & artium opifices,neque currunt neq; uocife rantur,neq; inter ſeſe decertant, ſed in illo/

rum medio deus eſt, & circum hunc ſuo quiſq; loco compoſitus, nec ordinem quẽ cuiq; dedit deus deſerunt, alij quidem deo proximi,& hũc ordine compoſito cingentes, uidelicet geometræ, arithmetici, philoſophi, medici, aſtronomi & grammatici. Hos ſequitur, alter chorus, pictores, plaſtæ, ſcriptores, fabri & architecti, lapidarij. Poſt hos ſequitur ordo tertius, reliquas artes omneis continens, ſic in ordinem digeſtis ſingulis, ut omnes tamen ad deũ communem uertant oculos, iuſſis illius pariter obtemperantes. Conſpicies quidem & hic numeroſam multitudinem adhærentium deo. Cæterum uidebis & quartum quendam chorum à cæteris ſelectum atque extraordinarium, non quales erãt illi, qui fortunam comitabantur. Non enim ex dignitatibus ciuilibus, neq; ex generis claritate, neq; ex diuitijs conſueuit deus hic præſtantiſſimos iudicare, ſed qui cum uirtute uitã agerent, quiq; in ſuis artibus excellerent, quiq; præceptis ipſius obſequerentur, ac legitime ſuas exercerent artes, hos & magni facit,& cæteris anteponit, ſibi coniunctiſſimos habens ſemper. Hunc, ni fallor, chorum

rum ſi noſſes qualis ſit,non ſolum admira
reris,uerum etiam adorares. In hoc eſt *So*
crates,& Homerus,& Hippocrates,& Pla
to,& horum ſtudioſi , quos pari cum dijs
honore dignamur, tanquam aſſectatores
ac miniſtros quoſdam dei.Quanquam ne
cæterorum quidem quiſquam fuit unquã
à deo neglectus.Non ſolum enim præſen/
tium curam habet, uerum etiam & naui/
gantibus adeſt,nec in naufragio deſtituit.
Ariſtippus igitur, quum aliquando naui/
gans fracta ſcapha, in littus *S*yracuſanum
eiectus eſſet, primũ quidem bono animo
eſſe cœpit quum in harenis uidiſſet lineas
geometricas, Reputabat enim ſeſe ad Græ
cos ac ſapiẽtes uiros non ad barbaros per/
ueniſſe: Poſt ubi ueniſſet in *S*yracuſiorum
gymnaſiũ,& hoſce uerſus pronũciaſſet,

Quis Oedipum in diem uagantem & exulem
Donis recipiet,nunc quidem rariſſimis,

& habuit qui ipſum adirent,& agnito quis
eſſet,protinus omnia quibus opus erat im
partierunt.Deinde quum eſſent qui in Cy
renen illius patriam nauigaturi, perconta/
rentur,nunquid ad ſuos uellet ſcribere, Iu/
bete,inquit,illos has ſibi parare poſſeſſio/

nes,

nes, quæ naui fracta ſimul enatant cũ poſ-
ſeſſore. Cæterum multi infelices, & om-
nia diuitijs metientes, ſi quando incidunt
in talem rerum ſtatum, aurum aut argen-
tum ſuſpendunt ac circumponunt corpo-
ri, ſimulq́ꝫ cum illis perdunt & uitam, ne id
quidem apud ſe reputare ualentes, quod
ipſi ex brutis animantibus ea potiſſimum
amplectuntur, quæ ſunt artibus ornata. Si
quidem equos ad bellum edoctos, & ca-
nes uenandi peritos, cæteris anteponunt,
quin & famulos curant artibus inſtituen-
dos, & frequenter in hos plurimam impẽ-
dunt pecuniam, quum ſemetipſos negli-
gant. Quid? An non turpe uidetur famu-
lum nonnunquam æſtimari drachmarum
decem milibus, ipſum autem dominũ nec
unius haberi drachmæ. Quid autem dixi
unius? Nemo talem uel gratis acceperit in
famulitium. An non tãdem ſe ſolos uiliſſi-
mos omnium reddiderunt, qui ſoli nullam
artem didicerint? Etenim quũ bruta quo-
que artium exercitationibus erudiant, &
famulum ignauum, nulliusq́ꝫ peritum ar-
tis, nullo pretio dignum iudicent, curent
autem & agros & reliquas poſſeſſiones, ut

quæq́ꝫ

quæq; quantum fieri poteſt ſit quàm opti/ma,ſeipſos ſolos negligant,ne hoc quidem intelligentes animum habeant nec ne,per/ſpicuum eſt,quod ſimiles ſint famulis con/temptiſſimis,ut iam aliquis inſultans ho/mini tali,merito uerbis huiuſmodi illũ allo quatur, O homo familia quidem tua tibi recte habet,mancipia omnia, & equi & ca nes & agri, & quicquid poſſides bene com poſitum eſt: At ipſe tu parum curatus es. Præclare igitur Demoſthenes ac Dioge/nes,quorum alter diuites indoctos appel/lauit oues onuſtas aureo uellere,alter dixit eos ſimiles ficis arboribus in præruptis lo/cis ſtantibus. Nam harum fructibus nõ ho mines,ſed coruos & graculos ueſci. *Sic* ho rũ pecunias nulli eſſe uſui uiris probis, ue/rum ab aſſentatoribus abſumi, qui quidẽ, ſi ſic acciderit ut nihil ſit reliquum,forte ob uios factos prætereunt illos quos exhauſe rũt,perinde quaſi ne noſſent quidem. Vn/de quidam non inelegans,dixit iſtos ſimi/les fontibus. Etenim qui prius è fontibus aquare ſolent, ſimul atq; deſierint habere aquam , apud eoſdẽ ſublatis ueſtibus uri/nam reddunt. Et ſanè uidetur æquum, qui

nulla

nulla re ſuſpiciendi ſunt, niſi ob diuitias, ſi-
mul atq; his ſpoliati fuerint, pariter & illis
ſpoliari quæ ob diuitias habebant. Quid
enim iſti facerent, qui nullum propriũ poſ-
ſident bonũ, ſed perpetuo pendent ab alie-
nis, & ab his quæ ſunt fortunæ? Tales uide
licet ſunt & hi qui generis nobilitatem uen
ditant, atq; hinc ſibi placentes tollunt cri-
ſtas. Nam & iſti, quoniam proprijs bonis
carent, ad maiorum imagines cõfugiunt,
non ſaltem hoc intelligentes, quod iſta ge
neris nobilitas qua gloriãtur, ſimilis eſt pu
blico ſingularum ciuitatũ nomiſmati, qđ
apud eos quidem ualet, qui inſtituerunt,
apud alios uero adulterinum habetur.

Te haud quaquam in altum generis euexit decus,
Non altus huc ſum polluam ut genus meum.

Præclarus igitur, ut inquit Plato, theſau-
rus eſt, progenitorum uirtutes, ſed præ-
clarius eſt huic opponere poſſe Sthenei
dictum,

Atqui nos patribus longe præſtamus auiſq;.

Nam ſi qua om̃ino eſt nobilitatis utilitas,
hanc ſolam habet, quod hinc accenditur
ſtudium æmulãdi, propoſito exemplo do
meſtico. Proinde ſi procul degeneremus à
proge-

progenitorum uirtute, merito diſcrucietur illi, ſi quis modo ſenſus inſit defunctis: nobis autem tanto plus eſt dedecoris, quãto genus eſt illuſtrius. Siquidem imperiti, qui genere ſunt uehementer obſcuro, hoc lucri faciunt, quod pleriq; neſciũt quales ſint. Cæterum quos decus & claritudo generis non ſinit latere, quid aliud fructus ferũt ex nobilitate, niſi ut illorum infelicitas ſit illuſtrior? Sanè qui generi ſuo non reſpõdent, magis contemnuntur, quàm obſcuro loco nati. Itaq; fit, ut ſi uecors prædicet claritatẽ generis, declaret ſuũ ipſius uitium minus eſſe uenia dignum. Neq; enim eadem trutina æſtimamus aut exploramus plebeios homines, qua claro genere natos. Sed illos, ſi uel mediocri uirtute præditi ſint, probamus & amplectimur, quod deeſt illorũ uirtuti, generis obſcuritati imputantes. Rurſus hos qui nihil habent dignum imaginibus maiorum, etiam ſi cæteris omnibus antecellant, nondũ tamen ſuſpicimus. Proinde ſi quis ſapit, ad exercendam artẽ ſeſe conferat, per quam ſi nobilis fuerit, uidebitur genere non indignus. Sin minus, ipſe genus ornabit ſuum, ueterem illũ The

miſtodem

miſtoclem imitatus, cui cum probro obĳ-
ceretur, quod nothus eſſet, At ego, inquit,
à meipſo genus auſpicabor, ac meum qui-
dem genus à me incipiet, tuum uero in te
deſinet. Vides non obſtitiſſe Anacharſidi
Scythæ, quo minus ſit in admiratiōe, & in-
ter ſapiētes numeret̄, tametſi genere barba
rus eſſet. Huic quū quidā exprobraret, qđ
genere barbarꝰ eſſet ac Scytha, Mihi qdē,
inquit, patria dedecori eſt, tu uero patriæ,
pulcre retaxās hoīem ex ſeſe nihili, nec alia
re ſuperbiētem ꝙ patria. Quod ſi fixius &
attentius cōtempleris res hominum, com-
peries non homines factos illuſtres ex ciui
tatibus, ſed contrà, per uiros bonos & arti-
bus præſtantes horum patrias ſuiſſe nobi-
litatas. Etenim quod nomen aut quam di-
gnitatem habuiſſent Stagira, niſi per Ari-
ſtotelē contigiſſet? Rurſus quæ Solorum,
niſi per Aratum & Chryſippum contigiſ-
ſet? Quin & Athenarū nomen unde tam
procul dimanauit? Non ob terræ fœcundi
tatem, habuit enim agros parum feraces,
ſed per eos potius qui illic nati ſunt, quorū
plerique dum in uiros optimos euaſerunt,
nonnullam ſuæ gloriæ portionē impartie-
runt

tru͂t & patriæ. Hoc autem eſſe ueriſſimum euidentiſſime perſpicies, ſi tecum reputes Hyperbolum & Cleonē, quibus ad nihil aliud profuit Athenarum nobilitas, niſi ut illorum malefacta redderentur famoſiora. Quondam Bœotios uocabāt ſues, inquit Pindarus. Et idem rurſus: Fugimus Bœo/ticum ſuem iteru͂, uolens totius prope gentis de imperitia probrum aboleri per ipſius poëticam. Quin & legislatorē illum Atheniensem iure laudarit aliquis, qui uetuit parentem alimoniæ ius à filio petere, quem nullam artem docuiſſet. Quum id potiſſi/mu͂ temporis omnis ars illic exerceretur, ubi corpora uidebantur eſſe quàm formoſiſſima, multis uſu uenit, ut ob corporis formam admirandi, negligerent animum, deinde ſero fruſtraq; deplorarēt dicentes: Vtinam forma quæ me perdidit, pereat male. Tum illis & illud Solonis in mētem uenit, qui iubet in primis ſpectari uitæ finē. Deinde & ſenectutem incuſant, quum ſe/ipſos debuerint: & Euripidem laudant qui dicit, nō expedire pulchritudinem ultra capere, quàm in medio. Præſtat igitur eos laudare, qui iudicarunt formam adoleſcen

In dithyrā bis in olympijs.

tiæ adſimilem uernis floribus, ut qui uolu/ptatem habent temporariam: ſimulq́; lau/dare Lesbiæ dictum, Nam qui formoſus eſt, tantiſper eſt dum uidetur. At quiſquis bonus eſt, protinus & formoſus erit. Pa/rendum autem & Soloni eandem ſenten/tiam proferenti, Senectus porrò moleſta, ueluti tempeſtas imminens, egens nō cal/ciamētis ſolum & ueſtitu, uerum & domi/cilio commodo, aliĳſque rebus innumeris. Aduerſus hanc, probi gubernatoris exem/plo, multo ante, uelut in uenturam tempe ſtatem oportet præparari, quando miſe/rum eſt illud,

Vecors intelligit acta.

Ad quid enim dixeris utilem eſſe formam adoleſcentis nulla excultam arte? Num ad bellum? Atqui nō abs re quis illud Home/ricum in tales iaculetur,

Quin tu coniugiĳ tractas mulcentia facta? Et illud,

Ito domum, & tracta tibi conuenientia facta.

Siquidem Nireus

Venerat ad Troiam cunctis formoſior unus,

At mollis erat, eóque non niſi ſemel huius meminit Homerus in recenſendis naui/bus, haud quidem ob aliud mea ſenten/

tia,

tia, niſi ut declararet quàm ſint inutiles uiri forma præſtantiſſimi, quoties illis præter formam nihil adeſt, quod ad uſum uitæ conducat. At infelix quiſpiam dicere non uerebitur, ad parandas opes conducibilem eſſe formam; quum liberalis, honeſtus, firmusque pecuniarum cenſus ex arte parari ſoleat. Cæterum ex corporis forma reditus, turpis eſt ſemper & infamis. Oportet igitur adoleſcentem iuxta uetus præceptum, ſuam ipſius formam ad ſpeculũ contemplari: qui ſi ſe cõſpexerit facie pulchra, aduigilandum eſt ut talis ſit & animus, exiſtimetq́ uehementer abſurdum, in formoſo corpore animum habitare deformem. Rurſum ſi ſe uiderit eſſe forma corporis infelici, tanto magis oportet animi excolendi curam agere, quo dicere poſſit illud Homericum,

Eſt aliquis cui forma parum ſit corpore felix,
Sed comptis formam uerbis deus ornat, & illi
Defixis oculis, uultum huius cernere gaudent.
Ille nihil fallens loquitur, placido ora rubore
Suffuſus, reliquoſq; foro toto eminet inter,
Vtque deum aſpiciunt incedit quando per urbem.

Ex his igitur quæ diximus, perſpicuum eſt

his qui non prorſus mente carent,neq; ge-
neris claritate,neque diuitijs,neque formæ
gratia fretum,oportere negligere ſtudium
artis. Atque hæc quidem ſufficiebant: atta-
men melius opinor fuerit,ceu pulchrũ epo
dum accinere Diogenis illud, Is quũ apud
quendam acciperetur conuiuio, qui res o-
mnes quas poſſidebat exacta prouidentia
nitidas & inſtructas habebat, cæterum ſui
ipſius nullã omnino curã habuerat, ſcreãs
ueluti ſputum eiecturus, quum undiq; cir-
cumſpexiſſet,nihil uidit in quod expueret,
ſed in ipſum ſolum domus herum expuit.
Ille quum indignaretur,rogaretque quam
ob cauſam id faceret, reſpondit ſe nihil in
tota domo tam ſordidum ac neglectum ui
dere,quàm eſſet ipſe: nam parietes omnes
egregijs picturis ornatos eſſe, ſolũ autem
ex teſſellis precioſis eſſe concinnatum,ha-
bens ex his deorum expreſſas imagines,
uaſa omnia pura ac nitẽtia,quin & ſtragu-
las & lectos pulchre magnoque artificio
elaboratos eſſe,ſolum ipſum uideri negle-
ctum & incuratum. Omnibus autem eſſe
morem,ut in locum omniũ qui adſunt in-
honeſtiſſimum expuant. Ne committas

igitur

igitur adoleſcens ut te præbeas dignum in quẽ ſputũ eijciatur, etiam ſi reliqua omnia pulcherrima tibi uideantur adeſſe. Rarum enim eſt, iſtis ſimul uniuerſis potiri, ut idẽ pariter & nobilis ſis, & diues, & formoſus. Quod ſi cui ſanè ſimul iſta contingant aliquando, tamen abſurdum fuerit, te unum in omnibus tuis facultatibus uideri cõſpuendum. Agite igitur ô pueri, quicunq; meam audiſtis orationem, ad cognoſcendas artes animum appellite, ne quis unq̃ ſeductor & impoſtor homo uos aut inutiles artes aut improbas doceat, ſcientes, quæcunque artes nihil adferunt utilitatis ad uitam, has artes nõ eſſe. Ac planè perſuaſum habeo, de cæteris quidem uos ipſos perſpicere, quod nihil iſtiuſmodi rerum artis nomine ſit dignum, ueluti iacere talos, ambulare ſuper tenuẽ funem, & rotatu circumagi in gyrum, nõ conſiderantẽ interim quid acciderit Myrmeciadæ Athenienſi, & Callicrati Lacedæmonio, tantum athletarum exercitiũ metuo, ne ueluti corporis robur pollicens, & gloriam apud uulgus concilians, publicitus etiã apud maiores diurnis pecuniæ largitionibus honoratum, pariq;

in pretio habitum cum præſtantiſſimis ar/
tibus, decipiat aliquem adoleſcētem, eoq́ꝫ
ſeducat,ut hoc arti cuipiā anteponat. Vn/
de ſatius eſt aduerſus hæc præparatum ac
præmeditatum eſſe. Nam facile quiſqꝫ fal/
litur in his,in quibus eſt impræmeditatus.
Sanè genus hominum ô pueri, cōmunio/
nem habet ſimul & cum dijs,& cum brutis
animantibus. Cum illis quidem, quatenus
utitur ratione, cum his uero quatenus eſt
mortale. Satius eſt igitur,ut animis ad me/
liorem cōmunionis partem adiectis, cure/
mus eruditionem, quam aſſequuti, quod
eſt in bonis ſummū habebimus. Sin eam
non fuerimus aſſequuti, nō tamen hoc no
mine pudeſcemus, quod brutis ignauiſſi/
mis ſimus facti inferiores. Athletica uero
corporis exercitatio ſi non contingat affe/
ctanti,turpiſſimum eſt: ſi maxime contin/
gat,nihilo tamen præſtātior eſt brutis ani/
mantibus. Quis enim robuſtior leonibus
aut elephātis? Quis lepore uelocior? Quis
uero neſcit ipſos etiam deos non ob aliud
laudari, quàm propter artes, adeo ut ob
has etiam homines eximios dignati ſimus
diuinis honoribus, non quod bene cucur/
rerint

rerint in ſtadijs, aut diſcum ſcite iecerint, aut in palæſtra probe luctati ſint, ſed propter artes repertas. Profecto Aeſculapius & Bacchus ſiue quondam homines fuerũt ſiue dij ab initio, ſummos honores promeruerunt, alter ob monſtratã artem medendi, alter quod nos docuerit uitium colendarum rationem. Quod ſi mihi nõ uis credere, certe Pythij dei te moueat autoritas. Hic eſt ille qui & Socratem uirorũ omniũ ſapientiſſimum pronunciauit, & Lycurgũ affatus hunc in modum ſalutat,

Huc aduenisti, ad mea ditia templa Lycurge
Grate Ioui, et cunctis quibus altus habetur olympus,
Addubito, an ne deũ te dicam hominem ne Lycurge,
Spero tamen magis eſſe deum, numenq; uerendum.

Hic rurſus idem uidetur honorem haud mediocrem habuiſſe Archilocho mortuo. Quũ enim huius interemptor uellet illius templum ingredi, uetuit dicens,

Occiſor clari uatis, ne templa ſubito.

Nunc mihi tu refer athletas huiuſmodi titulis honoratos: at non facies, non enim habes quod dicas, niſi forte teſtem aſpernaris uelut indignũ cui credatur. Videris eñ taje quiddam ſubindicare, dum ſermonem

 refers

refers ad uulgi teſtimonia,& nobis obijcis horum laudationem. Et tamen neq; morbo laborans,ſat ſcio, te ipſum uulgo cõmiſeris,ſed ex omĩibus delectis paucis aliquot atque his quidem medicæ rei peritiſſimis, neq; nauigans cuiuis è numero uectorũ, ſed uni uidelicet gubernatori. Deniq; & in rebus minimis, ſi ædificas, fabro credis, ſi calciamentis egeas,coriario. Qui fit igitur ut ubi de rebus ſummis periculum eſt, tibi uindices iudicandi poteſtatem, adimens eam his qui plus ſapiunt quàm tu? Nam in præſentia quidẽ omitto de dijs facere mentionẽ. Audi igitur quid de athletis ſentiat Euripides,

Innumera quum ſint mala per omnem Græciam,
Haud aliud ullum eſt peius athletis genus.
Primum ij,domi ſibi conſulunt parum bene,
Quum liceat,etenim quomodo uir qui ſiet
Gulæq; ſeruus atq; uentri deditus,
Opes pararet unde uiueret domi?
Egere rurſus non poteſt,ſed nec ſuis
Contentus eſſe ſuſtinet fortunulis.
Nam nunquam honeſtis aſſueti moribus
Mox ſeſe ad artes improbe uertunt malas.

Iam ut intelligas & omnia quorum ſtudio

tenentur

tenẽtur iſti, nihil habere bonæ rei, audi rurſum quæ dicit, ſi libet,

Quis enim in palæſtra uir pedum curſu ualens
Feliciter uerſatus, aut diſco bene
Miſſo, aut probe ſciteq; mala icta uiri,
Patriæ coronam rettulit partam ſuæ? Quod ſi cupis audire his etiã expreſſiora, auſculta,
Num aduerſus hoſtes præliabuntur, manu
Diſcos ferentes, ſiue uibrata aſpide
Pedibus citi hoſtem ſubmouebunt patria?
Nullus profecto, uana fiunt omnia hæc,
Vbi cominus ferrum micare cœperit.

Vtrum igitur Euripidem & huius generis alios autores reijciemus, philoſophis autẽ permittemus iudicandi ius? Imò uero horum omnium ſuffragio, uelut uno ore loquentium damnatur iſtorum ars, adeo ut eã nec medicorum quiſquã probarit. Primum enim audies Hippocratem ita dicentem: Affectio Athletica non eſt ſecundum naturam, melior eſt habitudo ſalubris. Idẽ autem ſuaſerunt optimi quiq; medici, qui Hippocratis ætatem ſequuti ſunt. Equidẽ nolim à teſtibus pendere iudicium. Nam id oratorũ eſt potius, quàm hominis apud quẽ in precio ſit ipſa ueritas. Attamen quo

niam nonnulli cõfugiunt ad teſtium mul/
titudinem,& hinc inanem captant gloriã,
nec curant exercitium rebus externis nu/
datum quale ſit ipſum cõſiderare, coactus
ſum & his obijcere teſtes,quo uidelicet in/
telligant ſe ne hic quidem eſſe nobis ſupe/
riores. Vnde mihi non intempeſtiuum ui
detur commemorare, quod fecit Phryna.
Hæc quum eſſet in quodam conuiuio, in
quo ludus hic agebatur ut ſinguli per ui/
ces conuiuis imperarent quæ uellent, ui/
diſſetq; adeſſe mulieres, anchuſa, ceruſſa,
& fuco pictas,iuſſit inferri aquam, moxq;
præcepit,ut om̃es aquæ immerſas manus
ſemel admouerent ad faciem,deinde ut ili
co linteo extergerentur. Atq; hoc ipſa pri/
ma omnium fecit. Ac cæteris quidem om/
nibus fœminis,facies maculis opplebatur,
diceres te uidere,quaſdam ad terrorem ar/
te factas imagines. Ipſa uero pulchrior ap/
parebat quàm antea. Sola enim carebat ar
tificio formæ,ſed ſpeciem habebat natiuã,
nihil opus habens malis artibus ad formæ
commendationem. Quemadmodum igi/
tur uera pulchritudo certò exploratur ipſa
per ſe ſola,rebus omnibus foris accidenti/
bus

bus nudata, ſic & Athletarum exercitatio/nem expendi conuenit ſolam, an uideatur aliquid utilitatis adferre, ùel publice ciuita/tibus uel priuatim ijs à quibus exercetur. Quum igitur uariæ ſint bonorum ſpecies, quæ inſunt natura, puta quæ pertinent ad animum, quæ ad corpus, quæ ad externa, nec præter hæc ullum aliud bonorum ge/nus poſſit excogitari, cuiuis perſpicuũ eſt, quod Athleticam exercentes, animæ bona ne in ſomnis aſſequuti ſint, quando pror/ſus illud ignorant an habeant animã, tan/tum abeſt, ut illam ſciant eſſe rationis par/ticipem. Etenim quum ſemper aggerant uim carnium & ſanguinis, habẽt animam ſuam ueluti multo immerſam cœno, ut ni/hil exacte poſſit intelligere, uerum non mi nus ſtupida ſit, quàm brutorũ animæ. At fortaſſis cõtendent Athletæ, tanquam ali/quid cõferant ad bona corporis. Num igĩt bonam ualetudinem qua nihil precioſius ſibi uindicabũt? Atq nõ alios reperias cor poris affectione magis periculoſa, ſi quidẽ Hippocrati fides habenda, qui dixit, ſum/me bonam corporis ualetudinem pericu/loſam eſſe, quam affectant iſti. Quin & il/

lud

lud ab Hippocrate recte dictum, quod ſa/
nitatis exercitatio eſt non ſatiari cibis, ſed
in omnibus agilem eſſe, laudatur ab om/
nibus. At iſti contra faciunt, dum & ſupra
modum laborant, & ijdem ſupra modum
explentur. In ſumma, ueteris illius Hippo/
cratis ſermonem ceu Corybantum furore
correpti, contemnunt. Nam ille demon/
ſtrans quæ uitæ ratio ſit accommoda tuen
dæ bonæ ualetudini dixit, Labores, cibi,
potus, ſomni, uenus, omnia moderata, Iſti
uero quotidie ſupra quàm conuenit, labo
ribus exercentur, & ingurgitant ſeſe non/
nunquam & ui, ad mediam uſq; noctē pro
ferentes cibi ſumptionem, ut aliquis nō im
merito in illos torſerit illud Homeri,

Dormibant reliqui diuiq; hominesq; per omnem
Noctem, prædulci reſoluti corpora ſomno.
Aſt nullus miſeros Athletas ſomnus habebat.

Itaq; quemadmodum ſe habent in cibis &
laboribus, eodem modo moderantur &
ſomnum. Etenim quo tempore cæteri iux/
ta naturam uiuentes, ab opere ueniunt, &
cibum requirūt, tum iſti ſurgunt à ſomno,
ut illorum uita ſimilis uideatur ſuillæ, niſi
quod ſues non ultra modum laborant, ne/
q; co/

q̧ coguntur ad edendum. Iſti uero & hæc perpetiuntur, nonnunq̄ ijſdem & rhodo/daphnes maculis terga notantur. Proinde priſcus ille Hippocrates, præter hæc quæ dicta ſunt, addit & illa. Vehementer ac re/pente corpus explere uel inanire, uel cale/facere uel refrigerare, aut alio quocunque modo mouere, piculoſum eſt. Quicquid enim, inquit, eſt uehemens, inimicū eſt na/turæ. Iſti uero nec his auſcultant, nec alijs, quæ bene ab hoc dicta trāſgrediunt̄, quin potius utuntur omnibus, quæ pugnant cū his præceptis. Quapropter ego ſanè dixe/rim, iſtam exercitationem nō facere ad bo nam ualetudinem, ſed morbos potius ac/cerſere. Nam id ni fallor, ſentit Hippocra/tes quum ait, Affectio Athletica, nō eſt ſe/cundum naturā, ſed habitudo ſalubris me lior. His dictis non ſolum palam negauit il lorum exercitationem eſſe naturalem, ue/rum ne habitudinem quidem appellauit illorum affectionem, ſpolians illos etiā no minis honore, quo cuncti ueteres appella/re ſolent homines qui uere eſſent bonæ ua letudinis. Siquidē habitus eſt affectio quæ dam ſtabilis ac perpetua. Contra Athleta/

rum ad

rum ad ſummum progreſſa bona corpo/
ris habitudo,tũ obnoxia periculo eſt, tum
facile in diuerſum mutabilis. Neque enim
recipit acceſſionem, eo quod ad ſummum
peruenit, tum ex eo quod eodem in ſtatu
conſiſtere nõ poteſt,nihil reſtat,niſi ut uer
gat in deterius. Atq; hoc quidem in ſtatu
corpus eſt ipſis dum Athleticam exercent.
Cæterũ ubi diſceſſerint ab exercitijs, mul/
to peius habent.Etem̃ nonnulli paulopoſt
emoriuntur,alij uero diutius quidẽ uiuũt,
at ne ipſi quidem perueniũt ad ſenectutẽ.
Et ut iam aliquando perueniant, nihil dif/
ferũt à Litis illis Homericis, claudi, rugo/
ſi,luſcioſi,oculis orbi. Quemadmodũ em̃
mœnium partes tormentis concuſſæ,quo/
uis incommodo corruũt, nec terræ motũ,
nec alium ullum grauiorem inſultum ferre
poſſunt:itidem & Athletarũ corpora,cor/
rupta & imbecillia facta,plagis ac uulneri/
bus in exercendo acceptis,facile ad quãli/
bet leuem occaſionem læduntur. Proinde
oculi pleriſq; ceu foſſis cauati,quando iam
uis abeſt reſiſtendi, complentur pituita,
Dentes uero,utpote frequenti concuſſio/
ne labefacti, progreſſu temporis deſtituti
uirtute,

uirtute,facile decidũt. Cæterum membro/
rum compages, ut frequenter intortæ,ad/
uerſus omnem uiolentiam foris incidentẽ
redduntur inualidæ, & quicquid ſemel ru
ptum fuit aut contractum,facile mouetur.
Itaque quod ad bonam ualetudinem atti/
net palam eſt,nullum genus eſſe miſerius,
quàm Athletarum. V nde non iniuria quis
dixerit eos generoſo cognomine notari,
dictos Athletas, uel quod ab Athleta co/
gnomen habeant ἄθλιοι, id eſt, miſeri, uel
quod utriꝗ communiter ab Athliotete, id
eſt,miſeria, uelut ab una terra cognomen
ſortiti ſint. Poſteaꝗ igitur de eo, quod
inter bona corporis ſummum eſt,tractaui
mus, nimirũ de bona ualetudine, tranſea/
mus ad reliqua.Iam quod ad formam atti
net,ſic illis habet res, ut non ſolum exerci/
tatio Athletica nihil conferat ad pulchritu
dinem,uerum etiam multos ex iſtis opti/
me compoſito corpore,gymnaſtæ qui eos
curandos ſuſceperant,ſupra modum ſagi/
nantes & infercientes carnibus & ſangui/
ne,in diuerſam corporis ſpeciem perduxe
rint,nonnullos uero facie quoque prorſus
deformi, fœdaꝗ reddiderint, eos potiſſi/
mum

mum,quos ad pancratium aut pugilū cer tamen inſtituiſſent. Cæterum ubi tandem & membra fregerint aut diſtorſerint, aut oculos extuderint,tū opinor, tum uel maxime fructus artis ipſorum euidēter apparet,pulchritudo.Hūc ad modū illis res ſuc ceſſit ad formæ commodum quàm diu ſani ſunt. Cæterum ubi deſierint exerceri, ſimul & reliqua corporis organa pereunt, cūctaqꝫ ut dixi membra diſtorta,nihil non reddunt deforme. At fortaſſis nihil quidē ex om̄ibus his quæ dicta ſunt, ſed robur ſibi uindicabunt. Nam hoc ſat ſcio dicturi ſunt,illud omnium ad rem pertinere maxime. Quod ꝑ deos robur, aut ad qd utile? Num ad agricolationem? Perpulchre igitur uel fodere,uel metere, aut aliud quippiam quod ad agricolationē pertinet,poſſunt. Sed fortaſſis ad res bellicas ualet. Rurſus Euripidem huc mihi cita, qui laudes illorum canit dicens,

Num aduerſus hoſtem præliabuntur, manu
Diſcos ferentes,num ue uibrata aſpide
Pedibus citi hoſtem ſubmouebunt patria?
Nullus profecto,uana fiunt omnia hæc
Vbi cominus ferrum micare cœperit.

Cæterū

Cæterum aduerſus rigorem & æſtum uali
di ſunt, hoc ipſo ſanè Herculem ipſum refe
rentes, ut tum hyeme tum æſtate una pelle
tegãtur, ut incalceati perpetuo ſub dio dor
miant, humi cubantes. In his em̃ omnibus
pueri nuper nati ſunt imbecilliores. Qua
tandẽ igit̃ in re roboris ſui ſpecimen ædẽt,
aut unde ſibi placebunt, & criſtas erigent?
Non ſanè profecto in hoc, quod coriarij,
fabri, domorum ædificatores qui ſunt, eos
uel in palæſtra deijciant, uel in ſtadio. For/
taſſis itaque in hoc, quod toto die puluere/
ſcunt, iudicabũt recte fieri, laudeq́ꝫ dignũ.
Verum iſta laus adeſt & coturnicibus &
perdicibus, ſi quidem par eſt ut hinc tollãt
criſtas, quod toto die luto lauentur. Sed a/
ge per Iouem, Milo ille Crotoniates, ſubla
tũ in humeros unũ ex ĩmolatis tauris, olim
per ſtadium baiulauit. O inſignem demen
tiam iſtorũ, qui ne hoc quidem intelligunt,
quod paulo ante idẽ corpus uiui animãtis
geſtarit illius anima, multoq́ꝫ ſanè minore
labore portauit quàm Milo: nã & currere
poterat quũ geſtaret, Attamen ea nullius
erat precij, quemadmodũ nec Milonis ani
ma. Declarauit autem & exitus hominis

quàm nihil habuerit mentis. Quum enim aliquando conſpiceret adoleſcentẽ cuneis immiſſis findentem arbores, illum quidem irriſum ſubmouit, ipſe non alio uſus inſtrumento, quàm ſuis ipſius manibus, auſus eſt lignum diducere. Mox quicquid habebat roboris in primo impetu colligens, diduxit arboris huc atq; huc partes. Interim elapſis cuneis, quũ reliquam arboris partem diducere non poſſet, diu quidem obnixus eſt, tandem uictus non potuit educere manus, ſed à trũci partibus in ſeſe coëuntibus, comprehenſæ, primum ipſæ quidem contritæ ſunt, mox & Miloni miſerandi exitĳ fuere cauſa. Plurimum igitur illi profuit in hoc, ne quid mali pateretur, in ſtadio geſtaſſe taurum mortuum. An Græcorum rem publicam ſeruare potuiſſet id temporis, quum aduerſus barbaros bellum gerebant, Milonis uis, quam in tauro geſtando declarauit, potius quàm Themiſtoclis ſapientia? qui primũ recto iudicio deprehendit ſententiã oraculi, deinde bellum quemadmodum oportebat geſſit. Vnicũ enim cõſilium prudens, multas ſuperat manus. Cæterum inſcitia cum armis, peior eſt quo

uis malo. Arbitror itaq; iam perſpicue de/claratum, athletarum exercitationem nihil utilitatis adferre ad uitæ functiones. Cæte/rum quod nec in ipſis quibus exercentur ullius precij ſint, cognoſcetis, ſi uobis retu/lero fabulam illam, quam uir quidam non inelegās prolixo carmine ornauit. Habet autem hūc in modum fabula. Si Iouis uo/luntate cunctis animantibus conſenſus ac ſocietas contingeret in degenda uita, ut in olympia præco nō ſolum homines ad cer/tamen uocaret, ſed omnibus etiam anima/libus permitteret ad unū uenire ſtadium, nullus opinor hominū coronaretur. In eo certamine, in quo curſus ad uiginti tria ſta/dia porrigitur, unde & δόλιχον appellant, equus inquit, longe ſuperabit: in curſu ue/ro breuiore qui non ultra ſtadium profer/tur, lepus feret præmiū. Cæterum in diaulo in quo curſus ac recurſus duplicat ſtadiū, primas feret caprea. Neque quiſq; homi=num in aliquo numero futurus eſt. O le/ues exercitationes ueſtras athlij, id eſt mi ſeri uiri. Imò ne Herculis quidem poſtero/rum quiſquam elephanto aut leone robu/ſtior apparebit. Arbitror autem futurum,

ut & in pugilum certamine taurus coronã laturus ſit, Et aſinus, inquit, ſi uelit calcibus contendere, coronã auferet, & in hiſtoria uariorum euẽtuum ſcribetur, quod aſinus in pancratio aliquando uicerit uiros. Erat autem olympias prima ac uigeſima quum uinceret ruditor. Admodum uenuſta fabula hæc declarat, robur athleticum non eſſe de numero eorum quibus homines decet exerceri. Atqui ſi ne robore quidem antecellunt animantibus athletæ, quodnam ex cæteris bonis ſibi uindicabunt? Quod ſi quis dicat uoluptatem corporis inter bona numerãdam, ne huius quidem compotes ſunt, neque quum exercentur, neque poſtq̃ ab exercitatione diſceſſerint: quandoquidem dum exercent athleticam, in laboribus ac miſerijs agunt, nõ tantum ob exercitia, uerum etiam ob id quod coguntur ad edacitatem. Quod ſi contigerit eos ab arte miſſionem accipere, pleriſq; corporis membris claudi fiunt ac debiles. Ergo fortaſſis inde gloriantur, quod præ cæteris plurimum colligũt & coaceruant pecuniarum. Atqui uidere licet iſtos omnes æri alieno obſtrictos, non ſolũ id temporis quo exer/

exercent artem athleticam, uerum etiam quum ab ea dimiſſi ſunt, haudquaꝗ inue/ nies athletam pilo ditiorem, quouis uiri di uitis œconomo. Quanꝗ ne id quidē per ſe præclarum eſt ex arte parare diuitias, ſed talem potius artem ſcire, quæ fracta naui ſi mul cū domino enatet è naufragio: quod quidem nec his contingit qui res procurāt diuitum, neque publicanis, neque negocia toribus: Et tamen hi maxime diteſcunt è ſuis artibus. Cæterum ſi pereant illis pecu/ niæ, ſimul perit & negociatio, ad quā opus quidem habent aliqua ſorte pecuniæ, cæ/ terum ſi hæc deſit, non poſſunt inſtaurare priſtinam negociationem. Nullus enim il/ lis mutuum credit abſq; pignoribus & hy/ pothecis. Proinde ſi quis ſtudet ſibi parare uiam ad parandas pecunias, & tutam, nec infamem, ars exercenda eſt, per omnem uitam permanſura. Porrò quum prima di/ uiſione in geminum diſcrimen artes diſtri/ buantur, Quædā enim ex his ratione con/ ſtant, ſuntꝗ; liberales & honeſtæ: quædam contra contemptibiles, quod corporis la/ boribus conſtent, quas ſedentarias ac ma/ nuarias uocāt, præſtiterit ex illo priore ge/

 nere

nere quampiam diſcere. Nam poſterius il/
lud genus deſtituere ſolet ſenectute graua/
tos artifices. Prioris autē generis ſunt, me/
dicina, rhetorica, muſica, geometria, & ari/
thmetica, dialectica, aſtronomia, gramma
tica, ac legum prudentia. Adde his ſi uoles
fingendi pingendiq́ꝫ artificiū. Quanquam
enim hæ manuaria conſtant opera, tamen
earum exercitatio non eget robore iuue/
nili. Ex his igitur artibus aliquam deligere
conuenit, & exercere iuuentutē, cui mens
nō ſit omnino pecuina, uel harum potius
optimam, quæ quidem mea ſententia eſt
ars medendi. Hoc autem deinceps nobis
erit demonſtrandum.

GALENI DE OPTIMO DOCENDI GENERE.

FAVORINVS cenſet optimum doctrinæ genus, per quod utranqꝫ in partem præparamur. *Sic* enim appellabāt Academici, propter aduerſam partem quam aſſeuerabant. Itaque uetuſtiores exiſtimabant hanc doctrinam deſinere in Epochen. Epochen autem appellabant, quaſi dicas ſuſpenſam ſententiam, nihilque definientem, quod eſt, nulla de re pronunciare, nec aſſeuerare certò. Recentiores autem (non enim ſolus fecit hoc Fauorinus) nonnunquam eò proferunt Epochen, ut negent uel illud intellectu poſſe comprehendi, ſolem eſſe. Rurſus aliâs eò proferunt cognitionem, ut diſcipulis ſuis permittant, antequam didicerint, de ſcientijs iudicare. Nec enim aliud eſt quod dixit Fauorinus libro de affectione Academica, cui titulus inditus eſt Plutarchus Dicit autem idem in libro ad Epictetum, in quo inducitur Oneſimus Plutarchi ſeruus cū Epicteto diſputans. Quin

& in libro quem poſtea ſcripſit ad Alcibiadem, laudat alios etiam Academicos, qui in partes ambas ſibi pugnantes & contrarias diſſerebant, cæterum diſcipulis permittebant, ut quod uerius uideretur eligerēt. In hoc ſanè ait libro ſibi uideri probabile, nihil certò ſciri poſſe. Contra in Plutarcho concedere uidetur, eſſe certam alicuius rei cognitionem. Præſtat autem ſic appellari, γνωςὸν, id eſt cognoſcibile, quod alijs dicitur καταληπτὸν, id eſt comprehenſibile, relicto uocabulo Stoico. Ego ſanè mirabar, ita me dij bene ament, quod Fauorinus, qui conſueuit omnia nomina ad Atticam linguam uſurpare, non deſinat uti his uocibus, Comprehēſibile, comprehenſio, comprehenſiua imaginatio, uel his contrarijs, ueluti quæ per priuationem dicuntur, ut incōprehenſiua imaginatio, aut ipſa incomprehēſibilitas, adeo ut quum libros tres ſcripſerit, primum ad Adrianum, alterum ad Dyſonem, tertiū ad Ariſtarchum, omnibus titulum indiderit, De cōprehenſiua imaginatione, ac per omēs hos libros ſtrenue contendit, dum conatur demonſtrare nullam eſſe poſſe comprehenſiuam imagi/

imaginationem. Ego uero nihil aliud arbi-
tror ſonare comprehenſibile, quàm cogno-
ſcibile, nec aliud comprehēdere, quàm cer-
tò cognoſcere: cæterum inter ſe reſpōdere
comprehenſionem, & cōprehenſiuam ima
ginationem. Quoniam enim nonnulla ui-
demur nobis uidere, audire, aut alioq ſen-
ſu percipere, quod accidit in ſomnis, aut
per inſaniam: nonnulla uero non tantum
putamus nos uidere, ſed re uera uidemus,
aut alioqui ſenſu percipimus, Hæc quidem
poſteriora omnes homines, exceptis Aca-
demicis, & Pyrrhoniis, ad certam cogni-
tionem pertingere credunt, Cæterum quæ
per ſomnium aut mentis errorē apparent
animo, ea falſa eſſe. Quod ſi porrò conce-
dunt hoc ita ſe habere, deleant è libris ſuis
quod inibi ſcriptū eſt, In rerū iudicio nec
ſano magis eſſe fidem habēdam, quàm in-
ſano, neq; recte ualenti magis quàm ægro
to, neque uigilanti magis quàm dormien-
ti. Sin iſtis nihil eſt cognoſcibilius quàm
iis qui ſunt diuerſo modo affecti, nimirum
confuſa ſunt ueritatis iudicia: nec ipſe præ-
ceptor Academicus, nec diſcipulus poterit
iudicare rationes, quæ in ambas partes in-

 ter ſe

ter ſe pugnantes diſſeruntur. Imò ne opus quidē omnino fuerit talibus doctoribus, quum poſſimus ipſi, quæ à ſectarum autoribus hinc atq; hinc diſſerta ſunt legere, nihiloq; minus quàm Academici ſcire, & ſi quid apud hos fuerit obſcurum, quod erit apud Chryſippū, Stoici magiſtri poſſunt appellare certius, quod apud Theophraſtum & Ariſtotelem, Peripatetici, itemq; de cæteris, ut iam nihil omnino reliquum ſit, quod doceant Academici, iuxta Fauorini quidem diſputationem. Siquidē hoc ſanè docuerunt illi ueteres nullum eſſe datum homini iudicium à natura, quo collatis inter ſe rebus omnibus, exacte poſſit dignoſcere. Eóque nulla de re pronunciandum eſſe cenſebāt, ſed ſemper de omnibus ſuſpendendam eſſe ſententiam. Verum ſi nobis phyſicis concedant, ut oportet, ſenſum, iam nihil opus habebimus in utranq; partem exerceri, ſed alia quadam re fuerit opus, uidelicet repetitione, ut artifices, nō ſtatim artem præbent diſcipulis, ſed aliud exigunt, nimirum conſiderationem eorū quæ tradita ſunt, quod à pleriſq; dicitur ad calculum uocare, hoc autem eſt inſtare ei

qui

qui exercetur,& in hoc animaduertere,ubi labatur,eáque ſola corrigere. Cõſimili modo,qui pueros exercent ad palæſtram,corrigunt luctantium errata. *Sic* & grammaticus & rhetor,& geometres,& muſicus docent,non labefactantes neque conuellentes in diſcipulis fidem quam habent naturæ iudicio,ſed inſtantes ijs, quos exercent, donec in ſingulis actionibus eò prouexerint,ut iam non errent, tantum abeſt ut inducant ſententiæ ſuſpenſionem. Perinde enim faciunt, qui ſuſpendunt ſententiã ne credant euidẽtiæ rerum una cum ſenſibus, atq; qui contemnunt,ea quæ certo ab aliquo cognoſcuntur. Itaque Carneades ne illud quidem quod eſt omnium euidentiſſimum concedit eſſe credẽdum,quod magnitudines, uni cuipiã æquales, ſint etiam inter ſeſe æquales. Rationes igitur quibus conatur deſtruere,& hæc & alia permulta, quæ tibi euidenter apparent creduntúrq; eſſe uera, adhuc in hunc uſq; diem ſeruatas habemus,proditas ſcriptis, ab illius diſcipulis collectas. *Solutiones* autẽ nec ab illis,nec ab alio quopiam Academicorum, qui poſt Carneadem fuerũt, datæ ſunt. Ea

res ſola declarat, iſtius rationes omnes eſſe ſophiſmata: Nobiſq; quærendæ ſunt ô diſcipuli iſtarum ſolutiones. Improbum eſt enim hoc, attamen nihilominus improbũ fecerunt illi, qui ſcripſerunt quidem has, cæterum uobis non indicarunt, quales eſſent. Lubens autem perconter, ſi uel Fauorinus adeſſet, utrum me iubeat credere omnibus iſtis rationibus, an conſiderare, ueræ ne ſint an falſæ. Vnum hoc ſanè conceſſit, conſiderare. Rogarem autem poſt hæc in uniuerſum, num homini natura uis inſit iudicandi, quæ ſermones ueros diſcernat à falſis, an potius ars quædam & ratio ſit, utrunq; cognoſcendi. Si natura, qui fit ut non omnes inter nos conſentiamus, neque ſimiliter ijſdem de rebus pronunciemus? Sin ars eſt ac ratio, hæc omnium primum erat diſcenda, deinde conueniebat doctores ludo præfectos uarijs modis exercere diſcipulos, multis propoſitis exemplis, quemadmodum inſtituuntur, qui diſcunt artem luctandi, aut coriariam, aut fabricandi domos, nauesúe, aut rhetorice dicendi, aut legendi, aut ſcribẽdi, aut ut ſummatim dicã, quidlibet aliud operari iuxta
artẽ.

artem. Proinde ſi quis Academicorum ſcripſit, quæ tandem res ſit demõſtratio, quod ſophiſma, & quomodo oporteat alterũ horum ab altero diſcernere, & quemadmodũ in his oporteat exerceri, quemadmodũ Fauorinus admittit iudicium diſcipulorum, in utranq; partem exercitatorũ, niſi quod ſuperuacaneũ eſt, nimirum docuit Academicus omnia quæ dicta ſunt, haberemusq́; nos præceptores, qui propria decreta doceant. Quod ſi nullus iſtorum ſcripſit quomodo iſta differunt, nec exercuit quenq́;, perinde facere uidentur, ac ſi faber præcipiat diſcipulo, ut & metiatur, ut æquet, ut dirigat, & circulum deſcribat, nec interim det illi cubitum quo metiatur, nec xyſton quo poliat, neque regulam ad quam dirigat, neq; circinum quem circumducat. Atqui forſitan dicet tale nihil eſſe in philoſophia ac dogmatibus. Ne igitur poſthac ad ſimules te aliquid ſcire, neque pronuncia, neque deſciſce à ueterum Academicorum decreto, qui prodiderunt ſuſpendendam eſſe ſententiam, neque te iacta dum facis, quod ſolet grammaticus, qui ſemet in his exercuit, quæ dicta ſunt à prioribus. Proinde

inde nihil apud illos eſſe præclari, perſpicu
um eſt conſideranti. Neque enim hoc eſt
eius qui docendi munus profitetur, ſed nu
gacitas potius quædam eſt & ineptia. Vn-
de igitur cognoſcēdi ueri ſpes reliqua eſt?
Etenim cui non adeſt iudicium ueri ac fal-
ſi, huic nulla ſpes eſt cognitionis. Tantum
hoc ſtude, ut ſophiſtas doceas, nullā nobis
à natura inſitam uim iudicādi. Deinde for-
taſſis impudenter nobis, inquit, & ſenſum
& intellectum, quibus euidēter iudicamus
de uero, cōcedet aliquis, cupiens nos in lo-
gicis fruſtranea ſpe uolutari. Quicunque
uero ſuſtulerunt totam ſpem, quod fecit il-
le, fruſtra nugantur. Perſpicuum igitur eſt
quod Fauorinus pudore ſubuertit omnia,
& quod inde fateatur nihil ſciri, unde uete-
res Academici Pyroniiq; dicebant, Cæte-
rum ficte diſcipulis permittere iudicium,
quod priores ne ſibi quidem ipſis permitte
bant. Ergo quod eiuſmodi doctrina & in-
ſtitutio diſcipulorum artem quamcunque
diſcentium, qualem ſentit Fauorinus, non
ſolum cæteris præſtantior non ſit, uerum
ne doctrina quidem omnino dicenda ſit,
opinor à nobis dilucide demonſtratum.
Iam

Iam de reliquis,quæ doctrinæ quidē ſunt omnes,an optimæ ſint conſideremus,rurſus ab iiſdem ordientes. Apparet em̄ hoc nobis euidenter, quod ſophiſtæ maxime ſtudent ſibi reddere incredibile,nullum eſſe iudicium naturæ. Etenim circinus pingit circulum,cubitus autem diſcernit longitudinem,quemadmodum lances grauitatem. Hæc autem ipſe fabricatus eſt homo,ex naturæ inſtrumentis ac iudicio impulſus,quibus nullum ultra iudicium nec antiquius habemus,neq; præclarius. Hinc igitur incipiendum eſt. Dicit enim rurſus ipſa mens,quod poſſibile nobis eſt naturali iudicio,credere ſiue non credere, ipſum autem iudicium per aliud aliquid iudicare, poſſibile non eſt. Qui fiet enim, ut id quo iudicantur reliqua omnia, ab alio quopiam iudicetur? Credere uis oculis clare cernentibus, & linguæ guſtanti, hoc quidem eſſe malum, hoc uero ficum,an non credere? Concedam quod uoles facere in nobis, ſi quidem ſtudes mecum diſputare. Quod ſi non credis,diſcedam abs te, uelut ab eo, qui præ-

ter na

ter naturam affectus eſt. Ponamus primũ te non credere, neque ſperare futurum ut quicquam ex me diſcas. Hoc enim modo cœperam dicere. Ponamus rurſus te credere ac ſpem eſſe futurum, ut ex me diſcas iudicare. Cæterum ego ſentio, iudicare, ſenſibilia quidem ex his quæ euidenter apparent ſenſibus, Intelligibilia uero, ex his quæ dilucide intelliguntur. Quoniam autē ex naturæ iudicio artes omnes parant & inſtrumenta & iudicandi ſecundum artem organa, per quæ alia quidem ipſi ſibi componunt, alia rurſus ab alijs compoſita iudicant, & ego docebo in uniuerſum, & inſtrumenta & iudicia, tum ea per quæ tibi parabis ueros ſermones, tum ea per quæ iudicabis ab alijs dictos. Sic enim habes totum. Etenim ſi quid ex ſeſe euidenter apparet ſenſibus aut intellectui, ad id nihil opus eſt inquiſitione. Quod ſi nihil eſt tale, neceſſe eſt ut accedat cognitio, quæ aliunde paratur. At ego polliceor me traditurum tibi quædam, quæ reſpondeant inſtrumentis, quæ fiunt ab arte, ex quibus inuenies, quod quæris, alia uero reſpondentia iu-

dicijs

dicijs,ex quibus iudicabis,an uere tibi ui-
dearis inueniſſe. Hæc autẽ ubi didiceris,
multis exemplis exercebo te, ut & celeri-
ter & exacte inuenias iudicesq́; qđ quæ-
ris, ut poſthac nec ullo libro futurum ſit
opus, ad inuentionem ueri, nec alia do-
ctrina. Mox & alijs dicentibus aliquid eo
rum,quæ cupis inuenire,facile poteris cõ
gnoſcere.Etenim qui cognouit rectam ui
am,rectam eſſe, nõ eget alia doctrina ad
redarguendum eos qui aberrant. Ita qui
rectam demonſtrationis uiam perdidice
rit,protinus cũ hac nouit uias erroneas.
Fauorinus autẽ mihi uidetur ſimile quid-
dam facere, quaſi ſi quis dicat te cæcum
eſſe, nihilominus tamen iudicare poſſe,
uter noſtrum ſit ſordidior aut candidior,
haud reputãs ſecum, quod ei qui talia ſit
iudicaturus,opus eſt adeſſe uiſum. Atqui
nihil refert,quod ad iudicandum attinet,
utrum omnino uiſu careas, an quum ha-
beas,illi non credas. Ad eundem autem
modum, quod id quo iudicamus eſt tale
quiddam, quodq́; quæ huic paria ſunt,
ſunt & inter ſe paria,quemadmodum aſi-

nis nemo permitteret iudicare, quoniam omnino mēte carent: ita nec hominibus, ſi ne hi quidem mentem habeant, cui credi poſſit. Nihil enim intereſt, quod attinet ad incertitudinem eorum quæ iudicanda ſunt, an omnino nullum habeas iudicium, an non credas illi. Ridiculus eſt igitur Fauorinus, permittens iudicium diſcipulis, quum organis iudicādi detrahat fidem. Etenim ſi nihil eſt euidens intellectui, aut certū ex ſeſe, periit omne rerum iudicium. Cōtra ſi eſt quidem, uelut oculus in corpore, ſic intellectus in animo, non tamen omnibus pariter acutus, conſentaneum eſt, ut quemadmodū qui cernit acutius, adducat ad id quod uidetur eum, cui uiſus eſt ebetior, Ita quibus contigit in rebus intelligibilibus perſpicere clare quod offertur intellectui, adducant ad contemplationem eandem, maxime cæcutientem. Atque hoc eſt præceptoris officiū, ut inquit Plato, & ego aſſentior. Et his de rebus ſcripſimus copioſius in tractatione demonſtrationis, quod doctrina talis quædam ſit euidens ad intelligentiam,

gentiam. Scripſimus autem & illud, quo-
modo quis exorſus in unoquoque ab ele
mentis ac principijs maxime demonſtra-
re poſſit, quicquid eſt demõſtrabile: non
quemadmodum admirandus ille Fauo-
rinus facit per totum librum, in quo de-
monſtrat, ne id quidem cõprehendi poſ-
ſe, ſolem eſſe: ac nobis obliuioſis in utran
que diſputat partem, conceditq; eſſe ali-
quid quod certò cognoſci poſſit, cuius iu
diciũ & electionẽ permittit diſcipulis.

GALENI QVOD OPTI/mus medicus idē ſit & philoſophus.

QVOD accidere ſolet Athletis pleriſque, qui cupiunt quidem in Olympijs uictores euadere, cæterum ut id aſſequantur nihil exercent curantue, tale quiddam & medicis com/pluribus uſu uenit. Nam laudāt quidem Hippocratem, ac medicis omnibus an/teponunt, ut autem ipſi ſimiles illi reddā/tur, quiduis ſtudio habent potius quàm hoc. Atque alij quidem nō mediocre momentum adferre ad rem medicam aiunt aſtronomiam, & quæ hanc uidelicet ne/ceſſario præcedit geometriam, ipſi uero non modo neutram harum cupiunt di/ſcere, uerum etiam incuſant eos qui id conantur. Rurſus alius uult exacte cognoſci naturam corporis, aſſeuerans id eſſe principium totius rationis medicæ. Ve/rum ijdem, rerum harum adeo ſtudioſi ſunt, ut non ſolum ignorent, uniuſcuiuſq; partis naturam, aut flexum, aut duplica/

turam, aut magnitudinem, aut commu/
nionem quam habet cũ uicinis partibus,
uerum ne ſitum quidem eius intelligant.
Et tamen ex eo quod ignoramus ſpecia/
tim ſimul ac generatim diſtinguere mor/
bos, accidere medicorum errorem circa
curandi ſcopos dixit Hippocrates,qui iu
bet nos exercere ſpeculationem rationa/
lem.At horum temporum medici, tantũ
abeſt ut hac exercitati ſint, ut alios id fa/
cientes damnent uelut inutilia conantes.
Itidem , ut ante cognoſcas tum eos qui
præceſſerunt,tum præſentes tum futuros
laboranti morbos,multo ſtudio curáque
præparari oportere dixit Hippocrates.
Iſti uero circa hanc artis partem adeo la/
borarunt,ut ſi quis prædixerit ſanguinis
eruptionem, aut ſudorẽ, impoſtorem,&
incredibilia pollicentem appellẽt. Vix au
tem iſti laturi ſint , ſi quis alia quoq; præ/
dicat,ſed ijdem uix unquam conſtituere
poterunt uictus rationem ad futurã mor
bi intẽſionem. Atqui Hippocrates ſic di/
cit eſſe moderandam uictus rationem.
Quid igitur tãdem reliquum eſt in quo
uirum

uirum æmulantur? Nam is quidem non ſolum in aliis, uerum etiam in explicandi dexteritate præcellit. Quod iſtis adeo in diuerſum ſuccedit, ut eorum multos uidere liceat eadem in dictione bis peccãtes, quod quidem nec intelligi facile queat, Eóq; mihi uiſum eſt inquirere, quæ nam eſſet cauſa, per quam fieret ut omnes unũ admirarentur, nec tamen legant illius libros, neq; ſi id faciant, intelligant quæ dicũtur, aut ſi quis id quoque cõſequatur non perducat ſpeculatiuam artis rationẽ, ad experientiã, ſtudens confirmare quod didicit, & in habitum ducere. Tandẽ ubi repererit omnia ex animi ſententia, quæcunque uel conſilio, uel uiribus homini poſſunt adeſſe: deſit autem horum alterutrum, ut illorum etiam fine fruſtrẽtur neceſſe eſt. Protinus quidem Athletas uidemus, uel ob corporis malam habitudinẽ, uel ob negligentiam exercitationum, fruſtrari expetito fine. Iam uero ſi & corporis natura digna fuerit uictoria, nec in exercitatione quicquam poſſit deſiderari, quid negocii fuerit hanc coronam ferre

 in cer

in certaminibus? Vtrum igitur in utriſq; ſunt infelices horum temporum medici, neq; uires, neq; conſilium ſatis idoneum adferentes ad artis exercitationem, an alterum quidem illis adeſt, altero uero deſtituuntur? Cæterum nũc naſci neminẽ, qui natura ſatis compoſitus ſit ad percipiendum artem tam familiarem & amicã humano generi, mihi dictu uidetur abſurdum, quum nunc idem ſit mũdus, qui fuit olim, quumq; nec horarum ordo ſit immutatus, neq; ſolis circuitus inuerſus, nec aliarum ſtellarum ſiue fixarum, ſiue erraticarum ulla mutata ſit. Verum probabile eſt ob malam educationem, qua nunc educantur homines, & ob diuitias antepoſitas uirtuti, iam neminem amplius exiſtere qualis fuit uel Phidias inter ſtatuarios, uel Apelles inter pictores, uel Hippocrates inter medicos. Et tamẽ nobis qđ ueteres illos ætate ſequuti ſumus, quodq; ab his artes ad ſummum prouectas recepimus, nõ mediocris fuit prærogatiua, quod facillimum ſit ea quæ multo tẽpore parta docuit Hippocrates paucis annis

cis annis ediſcere. Quo facto, licet quod ſupereſt ætatis ad inuenienda quæ reſtãt inſumere. Atqui fieri nõ poteſt ut qui pluris faciat diuitias quàm uirtutem, quiq́ artem nõ in hoc didicit, ut de hominibus bene mereretur, ſed ut diteſceret, ad proprium artis finem perueniat. Citius enim alij ditabuntur, quàm nos ad artis cõſummationem peruenire queamus. Proinde fieri nequaquam poteſt, ut ſimul & pecuniæ ſtudio ſeruiamus, & artẽ tam arduã exerceamus, ſed neceſſe eſt, ut qui uehementius incumbit in alterum, alterũ negligat. Poſſumus ne igitur, ex huius temporis hominibus proferre quempiã, qui hactenus expetit poſſidere pecuniã, quatenus ſatis eſt, ad ſuppeditandum corporis neceſſitatibus? Eſt aliquis, qui poſſit non ſolum oratione fingere, uerum etiã factis ipſis docere, finem diuitiarum iuxta naturam haud longius proferri, quàm ne eſuriamus, ne ſitiamus, ne algeamus? At ſanè ſi quis talis eſt, is cõtemnet & Artaxerxen, & Perdiccam, & alterius quidẽ nec faciẽ uidere dignabitur, alterũ uero

ſanabit quidem morbo laborantem, & Hippocratis artem implorantem, haud tamen dignabitur illi aſſidue conuiuere, ſed interim curabit pauperes Cranone et Thaſo, aliiſq; oppidulis laborātes: uerum relinquet Cois & ciuibus Polybum, aliosque multos diſcipulos: ipſe autem per omnem oberrabit Græciam. Nam oportet eum nōnihil ſcribere & de regionum natura. Vt igit̃ experimentis iudicet, quæ ratione didicit, oportet ipſum oēs ciuitates oculis intueri, & quæ uergunt ad meridiem, & quæ ad ſeptentriones, & quæ ad ſolis exortum, & quæ ad occaſum: ac diſpicere quæ ſita ſit in plano, quæ in ædito, quæ iuxta littus aquis obnoxia, quæ fontibus abundans, quæ pluuiis, quæq; ſtagnis ac fluminibus ſibi ſuppeditans. Neq; negliget diſcere, ſi qua aquis uehementer frigidis utatur, ſi qua calidis, ſi qua nitroſis, ſi qua conſtrictiuis, aut aliis rebus eiuſmodi. Videbit autem & magno flumini imminentem ciuitatem, aut ſtagno, aut monti uicinam, aut mari: ceteraq; omnia perſpiciet, de quibus ipſe nos docuit. Itaque

que qui talis ſit euaſurus, eum non ſolum oportet negligere pecunias, uerumetiam ſupra modum impigrũ eſſe & induſtriũ. Atqui fieri non poteſt ut aliquis ſit induſtrius & impiger, qui inebriatur, qui ſe ingurgitat cibo, qui ſtudet Veneri, & ut in ſumma dicam, qui pudendis ac uentri ſeruit. Itaque qui ſobrietatis amator eſt, nec minus ueritatis amans, hic uerus medicus comperitur. Iam & ars rationalis diſcenda exercendaq; eſt, quo ſciat quot in uniuerſum ſint morbi, ſecundum ſpecies ac genera digeſti: deinde quo pacto cuiuſq; ſit ſumenda curationis ratio. Hæc autem eadem ars docet etiã corporis noſſe naturam, tum eam quæ cõſtat ex primis elementis, quæ tota inter ſeſe cohærent, ac uiciſſim alia pendent ab alijs, tum eam quæ conſtat ex ſecundis, uidelicet ſenſibilibus, quæ ſanè uocantur homœomere, hoc eſt ſimilium partium, ad hæc tertiam quæ conſtat ex inſtrumentalibus partibus. Quin inſuper horum unumquodq; quæ dicta ſunt, quem uſum præbeant animanti, & quid operentur, & hoc oportet

haud

haud quaq; oſcitanter explorare, ſed per demonſtrationem certum & perſuaſum habere, quod quidē ars docet rationalis. Quid igitur iam deeſt medico, quo minus ſit philoſophus, quiſquis Hippocratis artē ut par eſt exercuerit? Etenim ſi ut deprehendat quidē corporis naturam, ac morborum diſcrimina, curationumq; rationes in logica ſpeculatione cōuenit exerceri, ut uero impigre in his exercendis perſeueret, oportet cōtemnere pecunias, & ſobrietatem amplecti, nimirū omnes philoſophiæ partes habebit, tum eā quæ rationalis dicitur, tum eā quæ naturalis, tum eam quæ moralis. Nec enim iam periculum fuerit, ne qui pecunias cōtemnit, quiq; ſobrietatem colit, abſurdū aliquid cōmittat. Quicquid facinoris audent homines patrare, aut auariciæ perſuaſu, aut uoluptatis fallacia, patrant. Ita neceſſario cōſequitur, ut & reliquas habeat uirtutes, omnes enim inter ſeſe cohærēt, neq; fieri poteſt, ut unā quācūq; ſequaris, quin protinus & omnes alias habeas cōſequentes, tanq; ex uno fune reuinctas. Quod ſi ne

ceſſaria

ceſſaria eſt medicis philoſophia, tum ad eam cognitionem unde fit initiũ, tum ad exercitationem quæ ſequitur, perſpicuũ eſt, quiſquis medicus eſt eũdem omnino & philoſophum eſſe. Nec enim arbitror ulla demõſtratione probãdũ eſſe, qđ medicis opus ſit philoſophia, ad recte utẽdũ arte, quum pleruncꝫ uideamus eos ueneficos eſſe nõ etiã medicos, q pecuniæ ſtudio dediti, in aliud utuntur arte, ꝙ inuenta eſt. Num igitur amplius de uocabulis digladiaberis ac nugaberis contendens, temperantem quidem ac pudicum, pecuniarum cõtemptorem ac iuſtũ oportere eſſe medicum, non tamen eſſe neceſſe ut ſit philoſophus, & corporũ naturam cognoſcat, & actiones inſtrumentorũ, uſúſcꝫ partium, ac morborum diſcrimina, curationũcꝫ rationes, quũmcꝫ concedas illi, ut circa rationalem ſpeculationem aut in actionibus ſit exercitatus, de nominibus erubeſces diſputare? Quanquam id ſero quidem. Præſtat autem ut nunc, non graculi aut corui more, de uocibus decertes, ſed ipſi rerum ueritati des operam. Non

enim

enim illud dicere poteris, quod nemo q̃/
dem textor, aut coriarius citra diſciplinã
& exercitationem unquam euaſurus ſit,
iuſtus aũt, aut temperans, aut demõſtran
di peritus, aut excellens in cognitione na
turæ ſubito fiat aliquis, qui nec præcepto/
re ſit uſus, nec ipſe ſe ipſum exercuerit.
Hoc itaq; ſi uidetur impudens, alterũ ue/
ro contendentis eſt non de rebus, ſed de
nominibus, nobis in eo philoſophandũ,
quod prius dictum eſt, ſi modo uere ſu/
mus Hippocratis æmulatores, Idq; ſi fe/
cerimus, nihil uetat, quo minus euada/
mus, non dicam illi ſimiles, ſed ſuperiores
etiam illo, perdiſcẽtes quidem quæ recte
ab illo ſcripta ſunt, quæ uero reſtãt noſtra
ipſorum induſtria inuenientes.

FINIS.

BASILEAE APVD IOAN.
Frob. Menſe Maio. AN.
M. D. XXVI.

IOAN. FROB.

COUNTWAY LIBRARY OF MEDICINE
R
126
G4 E94
1526
RARE BOOKS DEPARTMENT